

*Induere novum hominem  
qui secundum Deum creatus est.*

Lectio Epistolæ beāti Pauli apóstoli ad Ephésios

4, 17. 20-24

**F**ratres:

<sup>17</sup> **H**oc dico et testíficor in Dómino,  
ut iam non ambulétis, sicut et gentes ámbulant  
in vanitáte sensus sui.

[18-19]

<sup>20</sup> Vos autem non ita didicístis Christum,  
<sup>21</sup> si tamen illum audístis et in ipso edócti estis,  
sicut est véritas in Iesu:  
<sup>22</sup> depónere vos  
secúndum prístinam conversatióne  
véterem hóminem, qui corrúmpitur  
secúndum desidéria erróris,  
<sup>23</sup> renovári autem spírítu mentis vestræ  
<sup>24</sup> et indúere novum hóminem,  
qui secúndum Deum creátus est  
in iustítia et sanctitáte veritátis.

Verbum Dómini.